

SEI **GEORGI**
WIDMONT

Serenissimi Electoris Bavariae
olim in Cæsar. Archiducali Oenipontana,
nunc in Electorali Bavarica Universitate utrâque cele-
berrima Professoris celeberrimi.

MOMMENTARIUS

Ad

Æsta, & Jus Universum, vetus, no-
vum, & novissimum tum imperiale tum pontificium,
in suas partes divisus, quibus accessit lucubratio, & pars
Septima.

AUTHORE

D. LAURENTIO ALBERTO

VERLOHNER,

Pro tempore Serenissimi Electoris Bavarix Consiliario,
ac Pandectarum, & Feudorum Professore
Ordinario.

Cum Indice locupletissimo

PARS I.

INGOLSTADII,

Apud Joannem Andream de la Haye, Bibliopolam Academicum.

ANNO M. DCC. XX.

SERENISSIMO

ET

POTENTISSIMO

PRINCIPI

AC

DOMINO, DOMINO

MAXIMILIANO
EMMANUELI

Utriusque Bavarix, nec non Superioris
Palatinatus Duci, Comiti Palatino Rheni,
S. R. I. Archidapifero

ET

ELECTORI,

Landgravio Leuchtenbergensi, &c.

Hostium Terrori, pacis & libertatis Germanicæ Defen-
sori, Justitiæ ac Legum Cultori & Promotori.

Principi ac Domino suo Clementissimo.



X forti dulce, Serenissime & Clementissime E-
lector, ænigma Samsonis exstat in sacra pagina,
quod quidem olim tali interpretatione solu-





Ingressus ad penetralia uni- versi Juris Pandectarum.

S U M M A R I A

1. *Pandectæ juxta Text. in L. 2. §. 2. Cod. De vet. jur. enucleand. in septem partes dividuntur.*
 2. *Assignatur ratio, cur hanc divi-*

sionem Imp. Justinianus tradere voluerit.

3. *Refertur, quot libri sub qualibet parte contineri, & tradi soleant.*

Imp. Justinianus quinquaginta libros Pandectarum, seu Digestorum sub hoc ordine, & combinatione adhuc hodie in corpore juris Civilis existentes in VII. Partes, ut nobis *Text. in L. Tanta §. 2. & seqq. Cod. De vet. jur. enucleand.* ostendit, ex allegata ibidem hac ratione, quòd non perperam, sed in numerorum *naturam*, & *artem* respexerit, dividere voluit.

Verba *naturam*, & *artem* *Gloss. ad dict. loc.* ita exponit, quòd divisio hæc ex dignioribus partibus, videlicet ex tribus, facta reflexione ad Tri-

nitatem, (quòd hic numerus ternarius potentissimus sit, docet *Pet. Gregor. Tholosan. in sua Synt. lib. 15. cap. 11.*) & quatuor, nempe ex quatuor elementis constet.

Prima igitur Pars IV. Libros. Secunda VII. Tertia VIII. Quarta iterum VIII. Quinta IX. Sexta VIII. Septima & ultima VI. continet: huic divisioni insistendo sub I. Parte sequentes IV. Libros, quæ totius *Contextus*, Græcè *τὰ πρῶτα*, ita enim *dict. loc.* loqui placuit Imp. Justiniano, nuncupatur, ad quorundam aliorum exemplum tradere auspicabor.

A

LIBER